

retentio ex quolibet leui remoto, aut incidente tertij praediicio, prout superius num. 41. sed tantum quando ex earum executione contra priuatum intentata inferatur, atque consequtim inducat damnum aliquod publicum, cedere in detrimentum Reipublicae Ecclesiastice aut temporalis, quod runc procedet, & verificabitur in praediicio iuris tertij laudente ius naturale, prout superius, quoniam illud omne quod in legem naturalem, aut diuinam committitur violentia est, iuxta quæ abunde comprobauimus 1. pars. cap. 1. à num. 185. cum sequentibus; prout quando in principio ad detrahendum iuri tertii deficit potest, ex haec tenus plene probatis, quia tunc scandalum nasci in perniciem Reipublicae & violentiam, non est dubium iuxta quæ sursum, cap. 4. per totum, atque etiam sic de singulis causis retentionis, de quibus in cap. 3. usque ad 7. inclusuè suprà hac 1. part. cum ex singulis violentiam induci executionem in perniciem Reipublica latius comprobauerimus in eisdem cap. & insuper in cap. 2. & cap. 3.

Exemplum huius doctrinae etiam versatur in litteris expeditis in praediicio iuris patronatus laicorum, quæ idem retentor non quatenus tangunt simpliciter ius tertii, hoc est patronorum, sed quatenus consequentiè vergunt in detrimentum, & in perniciem Reipublica spiritualis, vel cum Simancas de Catholic. infit. in pref. Hispania, tit. 45. de pœnia, à num. 34. & 35. ibi: Si aliquid Papa decernat contra publicam utilitatem, vixita, contra patronatus laicorum, contra ius eligendi beneficia, seu Sacerdotia patrimonialia, vel quidam simile, &c. idem dicit Bobadilla in politica, lib. 2. c. 18. num. 208. Salzed. in pract. crimin. Canon. cap. 54. à num. 20. & ex Couarr. & Borrell. diximus infra, capitul. 8. à num. 30. versicul. Imò, & omnes Doctores, &c. ea ratione. Nempe ne fideles laici abstrahantur à fundatione, constructione, & donatione Ecclesiistarum, & sic ab huicmodi ppi operibus, & sanctis, quod redudaret in perniciem Reipublica spiritualis, & Ecclesiastice, Glossa verbo. Collation. in cap. 2. de probab. in 6. Si moneta de referat, q. 9. cum ibidem citatis, Couar. practic. quest. capitul. 36. num. 4. Gonzales in regul. de alternat. glof. 9. §. 1. à num. 67. & latius in glof. 8. num. 2. & 3. vbi quamplurimi Doctores recensent, quod ex identitate rationis, & principio idem procedit in litteris ad beneficia patrimonialia imperatris, ex eodem Simanca, necnon in aliis similibus de quibus infra hac 1. p. cap. 10. à num. 69. & in §. unico à num. 90. cum multis seqq.

63 Tunc etiam scies violentiam & executionem litterarum & rescriptorum esse, quando expediantur in damnum, & praediicio iuris tertii, absque eius citatione & cause cognitione, quia tunc pati violentiam, & spoliari, atque itidem executorum via committere, affirmant Chirchou. tem. 2. commun. opin. lib. 7. tit. 1. num. 329. pag. 220. & ibidem Vitiu. num. 304. vers. 1. Idem ampliatur. pagin. 217. Gozadin. confil. 93. num. 16. Mantica decis. 29. num. 3. & decis. 44. num. 1. Rota per Farinac. decis. 135. num. 3. & decis. 295. num. 11. part. 2. in recent. Menoch. de recuperand. possess. remedio 8. num. 20. & in confil. 104. in fin. volumen. 2. Didacus Perez in l. 1. glof. 1. tit. 14. lib. 3. ordinamen. fol. 723. Francic. Maldonad.

in confil. 104. in fin. volumen. 2. Lancelotus de attenuatis 1. parti. cap. 2. num. 89. Azued. in l. 2. num. 25. cum sequentibus, tit. 13. lib. 4. Recopilation. Mafcard. de probation. conclus. 499. num. 7. Hondeodus confil. 82. num. 23. vol. 1. Gratian. decis. 110. num. 9. Bernard. Greua. ad pract. Cognit. Imper. lib. 2. conclus. 76. Augustus Barbo. in collect. ad cap. conquerente 7. de retin. spoliari. per textum ibi. Marius Anton. variar. resolut. lib. 1. resolut. 6. num. 8. & resolut. ultim. casu 72. & alibi passim Doctores.

Quæ doctrina comprobatur, quoniam licet quando Papa vel Princeps tollit ius tertii ex 64 iusta causa, puta propter publicam utilitatem, vt superius latè probatum est, praefatsum tunc causa, tamen fallit quando ipse Papa, vel Princeps procedit sine citatione partis ad disponentem tertii praediicalem, Socinus in conf. 266. & in conf. 164. & in conf. 62. volum. 4. Iall. conf. 233. volumen. 2. Aymon. Crauet. conf. 50. num. 5. Socinus in conf. 27. num. 20. vol. 3. Curtius Inu. in conf. 170. num. 23. & Curtius Senior. in conf. 20. vers. Tertiò potest responderi, Abb. cap. 1. de causa. possit. & propriet. Anton. Gabriel. commun. opin. tit. de iure questio non tollend. conclus. 3. à num. 7. & num. 9. & idem est quando ad praediicio tertii procedit absque causa cognitione, Ruinus conf. 8. volum. 3. sequitur Anton. Gabr. ibidem num. 10.

Infinitos penè Doctores in his terminis adducit Malcārd. de probation. conclus. 275. à num. 18. cum seqq. & iterum à num. 27. quibus locis latè de scriptis Principis non admittendis in praediicio iuris tertii queant iure gentium, & à num. 8. videndus.

Pro qua doctrina facit, quod de se ipso dixit Summus Pontifex minimè posse procedere contra inaudientem partem, in cap. 1. de causa poss. & propriet.

Hinc dicit Barbola in collect. ad c. 2. de maioret. & obed. n. 14. & post Couar. Aule. Menoch. 65 Bobadilla. A. z. bed. Gama. & alios, quod quando Princeps abique cauile cognitione, & non seruato iurius ordine aliquem condemnavit iracundia, aut vindicta motu, vt tunc sit superflendum in executione sententia, mandati Principis, latè probat Cened. in Canon. quest. 9. num. 117. & ipse Barbosa vbi proximè num. 11. quod quando mandatum Principis confitit esse contra præceptum diuinum, vel aliud & præminentem, putis ius naturale, vel sacra Scriptura, cum sit iniunctum tale præceptum, erit superflendum in eius executione, alios allegat.

Hinc etiam DD. communiter probant superflendum in executione & rescripti indicentes 67 aliquod notabile praediicium, vt latè est videbitur per Anguanum de leg. controvers. 5. à num. 18. cum seqq.

Et hoc est quod in nostris terminis voluit dicere Pater Henriquez lib. 2. de Pontifice clavis; cap. 18. §. 2. in hac: Interdum data Romæ sententia etiam & trina à Judice Apostolico, & 68 fulminato processu mittitur executor in Hispaniam, & interdum executoriales litteræ continebant violentiam, vt si sententia lata sit ex falsa præsumptione contra partem absentem, & non auditam, aut si litteræ sint subroptitiae, aut non faciunt expressam derogationem rei necessariæ, aut quia hic contra ius tertii legitime possidentis exequitur, & intimat censuras,

CAPUT VIII.

An ob quamlibet litterarum simplicem surreptionem queat in Senatu ipsorum retentio decerni.

SUMMARIUM.

Surreptio simplex an sit sufficiens ad litteras in Senatu retinendas, magna semper fuit inter Senatores, & Advocatos dissensio, num. 1.

Surreptionem simplicem sufficere ad Bullarum retentionem in Senatu in qua nonnulla insinuantur, num. 2. & 3.

Ob surreptionem retineri litteras in Senatu qui Doctores insinuant, num. 4. usque ad num. 9. inclusuè recententur, declarantur n. 18. & seqq. Simplicem surreptionem non sufficere, nec esse fundamenum habile ad retentionem Bullarum utrius ostenditur, num. 10. & sequentibus.

Principis facultas in retentione Bullarum unicu niter fundamento stabitationis Reipublicæ Ecclesiastice, ppius, & temporale, num. 11.

Facultas à iure data ad supersedendum in executione litterarum non foreptionem, sed in damno publico utilitatis, & si litteræ valida sunt merore, num. 12. & 13.

Electione merore validæ si inde oriatur, vel tenuerat scandalum executioni non traditur, n. 14. Ob scandalum vitandum potest Pontifex primare aliquem suo beneficio obtento data recompenfa, num. 15.

Presumptio iustæ causa in Principe concedente alterius iuri tereti, cessat vbi adeit scandalum, n. 16.

Ad supplicandum, & supersedendum in executione litterarum Apostolicarum iura solum considerantur bonum, & visitatorem publicam, n. 17.

Cap. si quando, & cap. cum tencamur cum aliis turibus interpretantur, num. 18. & seqq.

Litteræ licet surreptitia non sit, retinentur ne excequuntur, vbi infra causa adeit, n. 19. & 20.

Executor merus carens iurisdictione licet supersedit in executione litterarum ad effectum subscrivendi ob scandalum, aliudve notabile dampnum, num. 21.

Ad cognoscendum de causa insta retentionis, & suspendendarum litterarum non est necessaria iurisdictio sed extra iurisdictionis cognitione, n. 22.

Senatus non egit iurisdictione ad examinandum causam legitimam retentionis, num. 23.

Absurdum est fundare retentionem Senatus in simplici surreptione deficiente qualitate publici danni, cum ad eius cognitionem egere iurisdictione Senatus, num. 24.

De surreptione simplici vbi agitur, cum tractatur de viribus rati, de eius validitate, aut nullitate, causa iam effectorum ppius, causa Señatus, etiam incidenter, effectorum incapax, n. 25.

Index secularis de facto res ppius incidenter cognoscere potest, non tam in validum, vel invalidum quid sit, quia est res ppius, n. 25.

Index laicæ non cognoscit de facto res ppius inter duos Clericos, si præcedat inhibitiō Ecclesiastici, num. 27.

Doctores, qui in retentione Bullarum mentionem faciunt de surreptione, non loquuntur simpliciter, sed adhibita qualitate danni Reipublicæ, num. 28. & num. 34.

108 De Suppl ad Sancta Litt. Apost. &c.

In litteris que tangunt damnum publicum, de quo non sicut facta relatio Pape, includitur surreptio, num. 29.

Ex litteris in derogationem iuris paronatus laicorum damnum publicum, num. 30.

Cerola loquens de surreptione in Bullarum retentione declaratur, num. 31.

Bonacina etiam, num. 32.

Surreptio simplex absque qualitate publice utilitatis non est subiectum habile ad retentioneum Bullarum à Senatu doctrinendam, nec pretendam, num. 33.

Surreptio simplex non impedit in Sicilia litterarum Apostolicarum executionem, sed conceditur Regiam exequatur affirmatum, ut executor de surreptione cognoscatur, num. 34.

Retentio Bullarum fundatur in danno publico ob violentiam executionis, num. 35.

Surreptio est imbibita in praedictio Reipublicae, de quo non est facta menio ab imperante, num. 36.

In tertij, & privata persona, de quo non sicut facta relatio, si est causa surreptionis, multo fortius publicum, & eius damnum, num. 33.

Potentia ius est publicum quilibet privato, num. 38.

Dôtores tractantes derentioem Bullarum ob detrimentum Reipublice recte illas surreptionem ad retentionem pati supponunt, num. 39.

Antonius Diana indiscrēta resolutio negativa in retentione Bullarum declaratur, num. 40. & seqq.

Antonius Diana, absoluē improbas retentionem Bullarum loquitur contra Bullam Cane, & Doctores per se laudatos, num. 41.

Surreptio simpliciter litterarum cognitione ad Iudicium Ecclesiasticum, non secularum spectat, num. 42.

Surreptio orta ex danno publico Regis, aut Regni, causa legitima est ad rectionem Bullarum, num. 43.

Non ad effectum declarandi super ea, aut valore litterarum, sed humiliiter supplicandi Sanctissimum, & supercedendi in executione, num. 44.

MAGNA fuit quandoque inter omnes Iurisperitos tam aducatores, quam Senatores huius supremi & Regii Tribunalis, ceterorum qui erant inferiorum orta controvèrsia (semper tamen dissidente atque incerta resolutio) an Bullarum retentionis cognitione fundati possit super qualibet ipsarum subreptione simpliciterque interventione aliquis qualitatibus, quas licitas ad retentionem esse in capitibus precedentibus firmavimus; quapropter ut deinceps omnis dubitandi occasio cesseret, quid verum sit, & certum, per disputationem labebit.

Et pro parte affirmativa, sufficere nempe solam quamlibet surreptionem, tanta iura Pontificia clamant, & imprimis expendo textum capitalem ad hunc retentionis articulum in cap. si quando de re scriptis, ibi: Quia patienter suscitemus, si non feceris, quod prava nobis fuerit insinuatione suggestionum, &c. Quo quidem aperte probari videtur surreptionem esse causam legitimam ad supercedendum in executione litterarum, & resercentes.

Ad id ipsum vrgit textus difficultis in cap. cum teneamus, de prebend. & dignitat. 6, in ordine, vbi suspensi executionem aequaliter sustentatur, si adest surreptio, ut clare demonstrant eiusdem textus verba, quae hoc sunt: Si mandatum nostrum pro aliquam prouisione receperis,

qui aliud beneficium habeat, de quo valet communi- di sustentari, nisi forte in litteris ipsiis de hoc mentio habeatur, aut si non potes ei sine scandalo prouideri; & quaniamiter sustinemus, si pro ea mandatum nostrum non duceris execendum, &c. Quibus quidem verbis manifeste monstratur, subreptione motum fuisse Pontificem ad illius textus decisionem, cum certioris sit iuxta communem Canonistarum Scholam in cap. ceterum eodem titulo, de rescriptis, surreputatio esse gratiam obtentam ad aliquod altius beneficium, ab eo qui aliud sufficiens habet, cuius mentionem non fecerit.

Et difficilior redditus illi text. ex distinctione, ant, posita inter surreptionem, & scandalam, ut alterum dumtaxat sufficiat ad suspendendam executionem, & supetate lendum interim, dum super ea consultur Apostolica Sedes.

Hinc multi Doctores, qui de hac praxi Hispanie circa Bullarum & retentionem scripferent, hoc ipsum indicant, subreptionem earum esse causam legitimam ad retentionis iustitiam & fundamentum. Couarruias in praedicacum quest. cap. 36, num. final. ad fin. ibi: Et multierum hominum suggestionibus, falsisque precibus grauari per supplicationem multis nominibus executissimam ab ipso sanctissimo Pontifice remedium fierant, &c. Et iterum, num. 4. versicul. Sic etiam in his Regnis, &c. ibi: Idque sit ex Regio decreto, ut illic examinetur, ne quid fiat, & obtineatur falsi precibus, & suggestionibus à Summo Pontifice, &c.

Ioannis Driedorius lib. 1. de libertate Christiana, pag. 183, ibi: Qui per tantum importunitatem, & falsa suggestiones litterarum Apostolicas imperatur, &c.

Caffellus à Bobadilla in politica, lib. 2. capitulo. 18. num. 208, ibi: En la retencion que se haze en el Supremo Consejo, y Chancillerias Reales, en muchos calos de las letras y Bullas Apostolicas, para examinar si fueron concedidas con falsa o fintella relacion, &c.

Cerola in praxi Episcopali, verso littere Apostolice, in princip. ibi: Quod non sit ad impedendum, sed ad videndum, & examinandum; primo an continet aliquam surreptionem, aut obreptionem; secundum id quod est &c. & cundem referens id ipsum dixit Cenedus Canonicarum q. 45. sub num. 9.

Pariformiter nouissime loquitur Dom. Ioann. del Castillo in tractatu de tertii, cap. 41. sub num. 182, ibi, ut constet an littera ipsa sint expedite contra decreta Conciliorum aduersus leges Regias, & Romanorum Pontificum concessiones, & falsis precibus, vel importunitis suggestionibus, aut in praedictum aliquicunque similibus, &c. Ex relatione, & assertione Hieronymi de Zeballos communem contra communem, 4. part. quæst. 897. ex num. 292, atque etiam ex num. 307. usque ad num. 337. qui quidem, & ceteri omnes per eundem, & præmeditatum sermonem, quo Couarruias loquuntur, & ab eo muturunt locundi modum, illomque litteraliter transcribentes & sequentes.

Bonacina in lib. 3. de censur. in Bull. Cane & Domin. content. disputation. 1. quæst. 15. punto 4. §. 2. fol. mibi 113. dum declarans, cap. 14. Bull. in hac inquit: Impedientes litterarum Apostolicarum executionem excusati possunt ab excommuni

Et de earum Reten. in Senatu i.p.c 8. 111

communicatione huius Canonis; si impediunt prætextu informandi, aut supplicationem exhibendi Summo Pontifici, modo tamen supplicationem coram Sede Apostolica legitimè profquantr, ita expresta in hoc Canone habetur, cum enim tempore contingat, ut quis litteras Apostolicas, surreptissas esse, aut iniquum gravamen, vel similia continere arbitretur, summus Pontifex indulxit, ut impedites litterarum Apostolicarum executionem, interposita apud ipsum supplicatione immunes sint ab excommunicatione, modo huiusmodi supplicationem coram ipso Summo Pontifice, & Sede Apostolica prosequantur, &c.

Hoc ipso loquendi modo vtritur Pater Henrique lib. 2. de Pontificis clave, p. 18. §. 2. ibi: Aut si littera sibi surreptita, aut non facient expressam derogationem rei necessaria, &c. Quibus quidem iurius, & authoritatibus faris difficilis redi videtur istius questionis resolutione, neconon aliquo modo excusari iurisperiti, qui hanc partem sectari voluerent.

Quibus tamen, & aliis non obstantibus, firmiter tenendum est, & neruose defendendum, 10. + simplicem surreptionem litterarum Apostolicarum, nullatenus esse fundamentum habile ad earundem retentionem in Senatu discernendam, nec etiam dispondendum, nisi concuratur aut inde inferatur daminum publica utilitatis, & aliqua ex causis relatis super, cap. 3. & sequentibus,

+ ex quibus inferti possit turbatio Reipublice spiritualis, Ecclesiasticae aut temporalis, quo solo uno fundamento haec retentionis cognitione, & facultas defertur Principi supremo, Ecclesia, & Regni protectori, ed quod inde violenta execuicio inducit, propter abunde in genere, & in specie probantibus in scripto capitulis praecedentibus, & ante in capi. 1. & 2. in tractatu de regia protectione; ut clarer patet ex legibus Regis, & signante ex 1. 25. tit. 3. lib. 1. Recopilation. Quæ postquam retulit plures causas, & casus retentionis, ita dicit: Porque qualqueria cosa que se proceyse per suu Sanctidad, y sus Ministros, en derogacion de las cosas susodichas, & qualquierde dellas, traetia muy grandes y notables inconvenientes, y dello podrian nacer escaldados, y cosas que fuessen en deservicio de Dios nuestro Señor, y nuestro dano, y de los Reinos, y naturales dellos, &c. Itaque in danno publico ex utilitate dumtaxat fundatur suspensus hac litterarum Apostolicarum, & ad Senatum recursus, non in danno priuato quolibet non qualificaro. Quid vltius specificè apparet ex vera dictiorum iurium interpretatione, neconon veraci Doctores, quorum haec tenet mentionem facimus intelligentia & assertione, atque loquendi modo, quo fere omnes in hoc articulo loquuntur fuisse.

12. Ad hanc nostram verissimam + opinionem sequendam mouetur, primo ex communis, veraque interpretatione tradita per Doctores ad text. in diff. cap. si quando, de rescriptis, & in diff. cap. cum teneamus, de prebendis; supra pro contraria parte adductos, ut scilicet eorum dispositio indubie procedat, etiam si rescripta mero iure valent, & omni surreptionis, aut obreptionis viatio carant, nam ad effectum supercedendi in eam executione, & restribendi, sufficit: quod aliquam legitima subiicit causa, ob quam restituenda rationis dicit, potius expedite, quod illis non

obtemperetur, nec executioni mittantur, quād quod interim suspendantur, ut ex eisdem iuribus recte pondetatis probant Cardinalis in diff. cap. cum teneamus, & ibidem etiam Decius, Felinus in cap. nihil, column. 2. num. 3. & n. 4. de prescriptionibus; & a principio videndus; ita hæc iura recte interpretatur & intelligit Augustinus Barbo in collectanea, ad diff. cap. si quando, it additionibus quas habet in 2. tomo collect. a principio, super verbo, Rationabiliter causam, qui tamen nullum Doctorem adducit.

Hanc candem interpretationem tradit Couartuas + in relectione, cap. pescatum, de regulis iuris in 6. pars. 1. num. 7. vbi dicit, iura praedicta procedere etiam si Summus Pontifex aliquid iustum præcipiat, subiicit tamen aliqua rationabilis causa non obtemperandi, potius scandalum, & fundatur ex glossa in cap. 2. diffinit. 3. dum probatur, electionem aliquo iuste factam, & validam mero iure; + irritam fiendam, & reuocandam, aut executioni minime tradendam ob vitandum scandalum inde oriundum aut minantem, notant hoc idem Abbas in cap. 1. column. 2. de electione, Felinus in diff. cap. nihil, à num. 2. & Decius in diff. cap. cum teneamus, quibus ad stipulatur text. singularis in cap. n. 3. cum prædictum, & in cap. 4. quæst. 1. vbi Panormitanus de rerum permutatione.

Hinc sanè fit, ut ratione vitandi scandali possit + Romanus Pontifex aliquem primare suo beneficio Ecclesiastico, quantumvis legitimo titulo, & Canonicò illud obtinuerit, & possit deputari, si commode fieri potest dato alio itidem beneficio, vel danni lectione compensata, tradunt Romanus in singulari 683. & 684. Innocentius in diff. cap. n. 7. cum prædictum, glossa in cap. Episcopus de loco 7. quæst. 1. & ibi, Archid. Federicus de permutatione benefic. quæst. 25. Cardinals in Clementin. 1. quæst. 4. de rerum permuat. Couartuas vbi proxime sub num. 7. conducunt omnino que diximus post plurimos Doctores super cap. antecedenti, versicul. In dñe nec summus Ponifex, à num. 29. cum sequentibus, & superius.

Felicitur hæc interpretatio + Couartuas, quoniam etiam in iis casibus, in quibus iusta causa interueniente, potest Ponifex, vel alter supremus Princeps aliquid concedere in iudicium iuris tertii priuvi in capite antecedente loco proxime citato diximus: tamen in eadem conceptione celsit præsumptio iuste cause; quando ex ea oritur scandalum, & sic non exequenda, nec adimplenda, Hippolytus singulari 8. Abbas in cap. qui in Ecclesiast. de constitutione, Innocentius in cap. Inquisitionib. de sententia excommunicationis, Abbas in disputatione, incip. Episcopus, versicul. Venio ad tertium membrum, Innocentius in cap. quanto, de consuetudine, & ibi Abbas num. 11. Romanus in consil. 383. vers. Tertio quia examinata, Felinus in diff. cap. que in Ecclesiast. versicul. Limita quarto, & in cap. si quando, de constitutionibus, Antonius Gabriel, commun. opinion. tit. de iure quæstio non tollendo, conclusion. 3. num. 15. latius prosequitur post alias Mascardus de probationibus, conclusio ne 275. à num. 22.

De eundem iurium interpretatione, & declaratione, + nempe diff. cap. si quando, & diff. 17. cap. cum teneamus, amplissime & abunde tractat, K. &

& latè prosequitur Doctor Anguanus in tractatu de legibus, & constitutis lib. i. controuersijs. à n. 2. cum multis sequentibus, reloluens post longam disputationem, quod ad iustificandam supplicationem, & reſcribendum Pontifici, solum iura confidauerunt rationem illam boni publici, que confitit in vitando scandalum, siue alio quouis malo notabili, quod vel timetur vel timeri potest, quod quidē significatur, vbi littera mero iure valent, & omni surreptionis viuo carent.

18 Qui quidem ipſe Anguanus t̄ in num. 29. pulchriè ad hoc ponderat, text. in dīct. cap. si quando, in eius specie non fuisse propositum casum aliquem emergentem, qui de facto contingit, ad quem interrogatis, & consultus Pontifex responderet posset: reſcriptum fuisse ab impeſante surreptitione obtinuit, sed generaliter regulam conſtituſiſ pro futuri temporibus, praenuntiendo iudices, atque eis regulam conſtituendo, quid in ſimilibus reſcriptis sit faciendum, ne exasperatione, niſiāque obedientia turbati peius eligant exequendo, ad text. celebrem in cap. cum contingat. 24. de reſcriptis, & in cap. aduersu de immunitate Ecclesiæ, in illis verbis: Propter imprudentiam tamen querundam Romanus Pontifex prius conſulatur, cuius intereſ communib⁹ utilitatibus prouidore, quod quidem aperte colligit ex dīct. cap. Si quando a principio, ibi: Si quando aliqua tua fraternitate dirigimus, que animum tuum exasperare videntur, turbari non debes, &c. Quo colligitur abſolute, & regulariter loqui Summum Pontificem, non aratū ad aliquem ſpecialē casum contingēt. Si quando, enim inquit, ad idem est etiam textus iure executori permittatur, & detur facultas liberè cognoscendi, & declarandi ſuper surreptione litterarum, & illis executionem denegandi ex iuribus, & doctoribus citatis; ab omnium videtur, vbi ſummi Pape ſibi ſpecialiter reſervare cognitionem surreptionum litterarum ſuarum in tam graue dampnum, & detrimentum litigantium cogentius eos adire. Sedēm Apoſtolicam, cum ſicut per ius Pontificium & ciuitate, pertinet huius rei cognitionem eidem executori, & delegato, vt in ſimilibus omnino terminis mirabiliter conſiderauit Lucas de Penna in l. cum ad falcissimam, C. de quibus munerib⁹ vel preſtationib⁹, nem. licet ſe excuf. à num. 2. cum sequentibus, vbi ita notaſt poſt multa alia prosequitur in hunc modum. Item quia vbi per ſcriptas leges facta prouisio inueniuntur, non est veriſimile, quod Romanus Pontifex ſe conſulti ſpecialiter reſervauerit argumento, ff. de aliamentis, legat. I. aliamenta, §. Baſilica, & l. ſe ſicibus, de verborum obligationibus, l. doli clauſula, ff. de pons ſanctionis. & lib. 6. de prebendis, cap. duod. & cap. quatuor tibi. Sicut etiam vbi eft permifſio Principis, non eft oportuna de certiori authoritas iudicantis, qua alia eft necessaria ſupra de administratione, cuor. l. que. §. final. quando decreto opus non eſt. l. final, ff. de minoribus, l. & fine, §. quatuor. Ita & vbi eft diſpoſitio iuri ſcripti, non eft opus, quod Romanus Pontifex aedat, item ſicut licet preſum minoris alienari fine decreto Praetoris, cum pater eius hoc diſponit in testamento, eodem titulo quando decreto, l. penultima; ita & in caſa noſtro poſtequam inueniuntur diſpoſitio legis, non eft opus, vt propterea Romanus Pontifex conſulatur. Quid plura, ſcripta leges per ſe iuare debent, non extinſeca diſpoſitione

Pontifici

Pontificum egere in authenticis, de barebīb, & falcīd, poſt principi. Nam & vero ſimile eft, Papam veſle, quod leges volum in authenticis, de indicijs, §. omnes autem. Quod enim in legum poſitum eft poſtſtare, atque per eas iam ſumma deliberatione decretum, fatis incongruum eft, vt extinſeca diſpoſitione indigat, in authentiſt in medio lit. non ſeruſ ſacras for. §. 1. collat. 8. &c. ſequitur & facit, & veriſimile eft iugur. quod ipſe nolit vltorū ſuas auctoſtati ſuper eo, quod eft per leges tam ſalubriter definitum, dīct. 1. ſupra de theſauris. Haecne de tam singulari obſeruatione Luce de Penna mirabiliter conducibili interpretatione verborum d. iurium huicmodi tradit.

21 Comprobatur vterius ex ea vteriori † tenenda reſolutione (contra Philippum Decijum in dīct. cap. si quando, de reſcriptis, num. 2. vbi aduersus plures ab eo citatos contraria cognitionem ſectari voluit) que habet textum in dīct. cap. si quando, & dīct. cap. cum tenemur; procedere in quois exceſtore litterarum Apoſtolicarum, ita vt ſimplex & merus executor cauſe cognitione, & iurisdiſtio carens, poſſet diſpendere executionem, & ſupercedere in ea obiūſtam cauſam, puta quoties timerit ſcandalum, aut aliud quodlibet notable malum, quoniam ite talis executor ad cognitionem, & informacionem facienda de huiusmodi cauſa, qua inuitus non tangit iuſtitiam litterarum, & medullam, aut carin ſubſtantiam, & valorem, vt ſupra diſimus, non eget iurisdiſtio aliqua, quia ſufficit ſe extraſticialiter informare, † & extraſticialiter cognitionem legitima cauſe adiubare, vt bene probat Petrus Rebuffus in tractatu de reſcriptis, artic. 1. gloſ. 5. Atque latiſime per plura fundamenta diſputat, & cum iudicio ponderat Anguanus de legibus, controuerſia, & num. 5. cum multis sequentibus. Videlicet omnes vbi ita conſtanſt, & bene reſoluti conſta opinionem contrariam Philippi Decij, & licet obiter idem tenet Antonius Maria variarum reſolutionum, lib. 2. reſolut. 72. ſub num. 29. poſt principiū, vbi in iſis terminis noſtriſ loquitur, & ad hoc propositum.

Ex quorum reſolutione recte colligitur, text. in dīct. cap. si quando, & cap. cum tenemur, non loqui de ſimpli surreptione, ſed de reſcripto merito iure valido, cum ad surreptionis cognitionem iurisdiſtio omnino necessaria eſſet, & cauſe cognitionis in contradictione iudicio, qua merus executor caret penitus, iuxta text. in cap. Paſſoralis, §. quia vero, de officio delegat. cum ſimilibus per Noſ adductis, vbi abundo de hoc egiunis in tractatu de Regia proteſtione, 4. part. cap. 3. à num. 1. cum multis sequentibus.

Ex qua doctrina recte infertur, quod Senatus Regius in examinatione cauſa tangentis publicam utilitatem, & dampnum Reipublicæ † Ecclesiasticæ, ſpiritualis, aut temporalis ad eſſectionem ſupplicandi ad Sedēm Apoſtolicam, iurisdiſtione non eget, nec de iuri rigore, & neceſſitate negotij illam appetit, ſed extraſticialiter cognitionem, informationem, & indagationem ad fideliter ceteriō ſe reddendum ſumnum Ecclesiæ paſtorem ſuper dampnis, & inconvenientiis, quibus poſtſt Republi- ca haec, vt diſimus ſupra cap. 1. ante finem, quia tunc de mero facto tractatur, quod non tangit inuitus Bullarum valorem, ſed de quodam acci-

denti extimo, & ab extra proueniente, de quo tamen vide quid infra diſimus, cap. 16. à num. 16. verf. Aliaſ iugit, & num. sequentibus.

